UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt

Nádasi, János

Romæ, 1657

P. Ioannes Dominicus Aresius.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

Visual Library

ſus, ac laniatus. Ignem, quo eius inteſtina combuſta ſunt, per totos ſexdecim dies in cinere arſiſſe affirmant. Satellites aquam ei plurimam affudêre; neque tamen extinctus eſt, decimoſeptimo demum die in luculentam flammam erupit, & oppreſ-

Mors. ſus eſt: id quod diuinitùs factum putant ad Eduardi innocentiam conteſtandam.

Corona. Ibidem corona viridis, veluti regium diadema, creuit in gramine, diuque permanſit.

Sardus. in Philippinis. 10. April. 1645. ætat. 40. Soc. 23.

P. Ioannes Dominicus Areſius. Emenſo Philoſophiæ, Theologiæq; totius curriculo, Coadiutor ſpiritualis formatus Philippinas obtinuit. vbi in Cabalienſi vico nauiter procurauit ea quæ ad ſalutem animarum ſpectant.

Mor-

Mortem ibidem honeſtiſſima in cauſa oppetijt, inter orandum haſtâ confixus ab Indo quem reprehenderat quòd ſe certiorem minimè reddidiſſet, Matrem de vita periclitari, adeòque illam ſuâ ſeu negligentiâ ſeu malitiâ ſinè ſacramentorũ ope de vita migrare ſiuiſſet. Percuſſor Indus ſolâ fugâ ſe necis eius authorem eſſe prodidit, cùm id P. Ioannes, viuus adhuc repertus ab Indis alijs, prodere nunquam voluerit.

P. Brunus Brunus à S. Cruce. *Italus. in Aethiop. 12. April. 1640. ætat. 50. Soc. 35.*

In Romano Seminario ſeueræ in ſeipſum virtutis exẽplar fuit Brunus, cùm ſe tertiò quothebdomadis cingulo ſcorteo verberaret, catenulis ferreis cingeret, ter in hebdomada ieiunaret, accu-